



Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum

Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.
Xenivm Academicæ Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli
oblatum

Sacerdotium Ducale ... - Complectens Synopses Sacræ & profanæ historiæ
à fine captivitatis Babylonicæ & Hebræorum Ducum ac Persicæ
Monarchiæ initio usque ad Christum natum

Gartner, Michael

Herbipoli, 1697

Progenitores Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65122)


SEXTA MUNDI
ÆTAS.

Continens annos & gesta ab anno
 conditi orbis 3743 ante *Christi*. 310.
 Olymp. CXVII. an. 2. urb. cond. 442. *Im-*
perii Græcorum primo usque ad an. m.
 4052. *Jesu Christi Registegum*
 in terris nati,

S. Primi progenitores Christi
sti, qui vixerunt sextâ mundi
etate.

ACHIM natus anno mundi 3743
 ex patre Sadoc ante *Chr.* 397.
ELIUD filius Achim natus an-
 no m. 3806. ante *Chr.* 247.

ELEAZAR filius Eliud 3858. ante
Chr. 195. Eleazar iste genuit *Math-*
nem & Pantherem: ex *Mathane* *Joseph-*
 paternam & *B. V. Maria* maternam
 traxit propaginem: ex *Panthere* autem
B. V. genus duxit paternum.

MATHAN filius Eleazari natus an.

m. 3909. ante Chr. 144.

JACOB filius Mathan natus an. m.

3962. ante Chr. 91.

JOSEPH filius Jacobi natus an. m.

4015. ante Chr. 38. desponsatus Be-
atissimæ Mariæ Virgini circa annum
ætatís 37.

Hujus ætatis tunc Josephum fuisse pleriq; Ss.
Patres existimant, contra opinionem S. Epi-
phanij, qui eum octuagenariû fuisse scribit,
quando virgini desponsatus est. Rationes
adfert Toletus. 1. quia si ad eum senex fuisset,
Beatissimæ Virginis famæ apud homines
minimè consultum fuisset: si illam ex tam
profecto sene concepisse diceretur, haud
facile id omnes credidissent, & judæi id
ipsum calumniati essent, neque eum pro se-
mine Davidis agnovissent. 2. non com-
mendasset hoc continentiam Josephi,
quemadmodum nunc singulariter commen-
dat, quod ætate tam vegetâ & virili virgi-
nitatem constantem & illibatam in ipso
conjugio servaverit; ait enim S. Basilius
orat. 8. de temperantia: *temperantia, quæ
est in senectute, non tam temperantia est, quàm
quædam incontinentia & libidinis imbecilli-
tas, 3o tam profecta ætas inepta fuisset*
mini-

ministerijs, ad quæ præstanda Deipatre & Christo Josephus à Deo electus. & Virgine per conjugium in adiutorium datus est, ut laboribus suis familiam aleret, Virginem custodiret, peregrè in Ægyptum duceret, convenientius ergo ea ætas assignatur, quæ nec juvenem nimis, neque senem, sed virum maturum, & matrimonio rei que domesticæ maximè idoneum constituerit.

Hæc genealogia prout à S. Matthæo descripta est, non tantum Josephi, sed etiam B. V. Mariæ est, in qua recensentur majores & Abavi, utrinque ab Abrahamo usque ad Mathanem ita, ut Maria & Joseph habuerint eundem avum Mathanem, & eandem aviam Mariam, quondam ex tribu Juda uxorem Mathanis. Mathan autem & Maria genuerunt has proles, Mariam, Soben, Jacobum, Annam. Jacobus genuit Cleopham sive Alpheum & Josephum, virum Mariæ, Anna autem Nathani, qui nupsit Heli, id est, Joachimo, genuit Mariam, ex qua natus est Iesus. Itaque Iosephus fuit fratruelis, sive consobrinus Beatissimæ Virginis. Unde Evangelista commodans se consuetudini tum gentium tum judæorum, qui per patres & non per matres genealogias contexebant, genealogiam in Iosepho potius, quam in Maria terminare voluit: quo sufficienter

festavit, Iosephum & Mariam contribules
 ejusdemque familiæ esse; quanquam enim
 feminæ apud judæos potuerint nubere
 viro alterius tribus, si tamen ipsæ, defici-
 ente prole masculâ, in hæreditatem patris
 succedebant, debuerunt tunc secundum le-
 gem num. ult. v. 7. nubere viro ejusdem
 tribus & familiæ, ne hæreditas per conju-
 gum ad aliam tribum transiret. Et sic fa-
 ctum est in Maria: cujus parentes Ioakim
 & Anna, cum masculâ prole carerent, ut
 Matthæus supponit tanquam vulgatum
 illo ævo, & notum vel ex fama, vel ex ta-
 bulis genealogiarum & matrimoniorum,
 quæ apud judæos exactissimè servabantur;
 ideo genealogiam Iosephi tanquam ean-
 dem cum genealogia Virginis deducit. Ad-
 dit Cornelius à Lapide ex SS. Patribus,
 ideo quoque non per Virginem, sed per
 Iosephum genealogiam Christi deduci,
 quia per Ioseph, & non per Mariam Chri-
 stus fuit hæres sceptri & solij Davidici: fæ-
 minæ enim jus ad regnum nullum est, quam-
 diu proles masculæ supersunt.

Sed quomodo, inquires, per Ioseph Chri-
 stus fuit hæres regni Davidici? qui tamen
 non erat filius naturalis Iosephi? Respon-
 detur, jure gentium in paternam hæredita-
 tem & jura etiam illos succedere, qui so-
 lus publicæ famæ testimonio filij habentur,

tur, vel à parentibus adoptantur. Quam magis, qui re ipsâ proprius ac legitimus est filius, etsi non coitu naturali, sed supernaturali spiritûs Sancti virtute, maritus prognatus sit ex legitima suâ conjugate, quia enim maritus est caput, ac dominus corporis suæ uxoris, ideo est etiam dominus fructûs, quicumque & quocumque domum modo ex isto corpore legitime procreatur: sicut, qui agri dominum habet, dominus est quoque segetis, etiam illa cresceret in agro supernaturaliter: cum ergo Iosephus habuerit omnia jura veri domini ac patris in Iesum, ut erat homo, & sic vocatur pater Iesu, etiam ab ipsâ Virgine; vicissim etiam Iesus, ut erat prius atque legitimus, etsi non naturalis filius Iosephi, habebat omnia jura in respectu illius, ac proinde etiam jus regni à morte Iosephi. De hac re plura à Augustino lib. 5. in Iulianum cap. 9.

Cognatio D. N. Iesu Christi secundum carnem per Mariam & Iosephum contracta.

ELEAZAR duas proles genuit Mathanem & Batherem.

Linea Pantheris,

PANTHER genuit Bapantherem.
 BAPAN THER genuit Joachimum sive Iosaphatum etiam Heli.
 JOACHIMUS ex Anna genuit Mariam, ex qua natus est JESUS.

MATH
 genuit
 Juda. le
 Anna n
 est Ma
 dictum
 ex qua
 Ex Sa
 Joanni
 Ex Mar

CL
 prima
 dicta M
 mento
 Seco
 40. m
 Galat
 solym
 Te
 dictu
 16. di
 Lebba

Ge
 poste
 recen
 paren
 appel
 mater
 M
 quoa

Linea Mathanis.

MATHAN filius Eleazari & frater Pantheris tres genuit proles ex Maria uxore suâ, quæ fuit de tribu Juda, scilicet Mariam * Sobem * Jacobum * Annam * Anna nupsit Heli sive Joachimo, & ex his procreata est Maria Mater Jesu. Jacob genuit Cleopham dictum Alpheum, & Josephum, cui nupsit Maria, ex qua natus est Jesus.

Ex Sobem nata est Elisabeth uxor Zachariæ Mater Joannis Baptistæ.

Ex Maria Mathanis filia nata est Salome.

Linea Cleophæ filij Jacobi.

CLEOPHAS sive ALPHEUS sex proles habuit: prima proles Cleophæ fuit Salome Matt. 23. v. 1. dicta Maria, uxor Zebedæi, & mater Jacobi cognomento majoris, & Joannis Evangelistæ.

Secunda Cleophæ proles fuit Jacobus Marc. 15. v. 40. minor dictus Act. 1. v. 13. Jacobus Alphæi. Ad Galat. 1. Frater Domini, Episcopus primus Hierosolymitanus.

Tertia proles Cleophæ fuit Judas frater Jacobi, dictus initio Epist. Judæ. & act. 1. v. 13. & Luc. 6. v. 16. dictus etiam Thaddæus Matt. 10. v. 3. alias Lebbæus.

Genealogia, quam texit S. Lucas per posteros Nathan, qui fuit filius Davidis, recenset stirpem paternam Mariæ, scilicet parentes Ioachimi (sive Heli, ut Græci appellant) sicut Matthæus recenset stirpem maternam seu parentes Annæ.

Meminit S. Lucas inter majores B. V. quoad paternam propagationem alicujus, qui

qui vocabatur *Ianne*, & filius erat Iosep
 filij Mathathia; de hoc Ianne refert Gene
 brardus, fuisse ultimum principem de domo
 Iechoniae, & sub initium regni Antiochi
 Epiphaniis semet ipsum interfecisse, eo
 quod videret à regibus Syria oppressam fa-
 milia suae libertatem; ideoque illius opes
 ab Epiphane fisco regio ex arte addicta
 esse, & hinc familiae Christi accidisse tan-
 tam accifarum opum, & plebeis fortis te-
 nuitatem, per posteros ad Christum usque
 propagatam.

S. 2. Pontifices Hebraeorum.

XLII. SIMON I. dictus etiam *Pris-*
scus cognomento *Justus*, filius
 Onia propter sollicitudinem, in
 Deum & religionem, & pronam in
 suos cives clementiam: gubernatus
 ejus turbis caruit, quia successores
 Alexandri Magni civilibus bellis im-
 plicati fuerunt. Præfuit annis 37. a-
 que ad annum m. 3765. ante Christum.

XLIII. ELEAZARUS filius Onia
 & frater Simonis Justi, pontificatus
 assumpsit, cum Onias filius Simonis
 adhuc parvulus erat, & postea lib-